



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Sacros. Concilii Tridentini Canones Et Decreta**

**Gallemart, Jean**

**Coloniæ Agrippinæ, 1621**

Capvt IV. De Contritione.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39157**

R E M I S S I O N E S.

**S**acramenti Pœnitentis formam, &c.] Vide Sayr. de Sacr. in genere Lib. 1. c. 3. q. vnic. art. 5. vers. in Pœnitentia Sacramento. P. Egid. de Sacr. tom. 2. disp. 4. dub. 8. à num. 49.

**B** Sunt autem quasi materia huius Sacramenti ipsius pœnitentis a-  
tus. ] Vide Nau. in man. prælud. 10. nū. 3. & in sum. de pœnit. dist. 5. au-  
18. Sayr. d. lib. 1. c. 3. q. vnic. art. 7. vers. Ad primum in med. P. Henr. in  
sum. lib. 4. cap. 9. cum seqq. P. Egid. de Sacr. tom. 2. disp. 4. à num.  
27. & p̄cipue, num. 32.

C A P V T IV.

De Contritione.

**C**ontritio, & quæ primum locum inter dictos pœ-  
nitentis actus habet, animi dolor & ac detestatio est  
peccato commisso, cum proposito non peccandi de cæ-  
tero. Fuit autem quis tempore ad impecrandam ve-  
niām peccatorum hic Contritionis motus necessarius, &  
in homine post Baptismum lapsō ita demum præparat ad  
remissionem peccatorum, si cūm fiducia diuinæ miseri-  
cordie & voto præstandi reliqua coniunctus sit, quæ ad  
ritè suscipiendum hoc Sacramentum requiruntur. De-  
claratigitur sancta Synodus hanc Contritionem, non so-  
lum b cessationem à peccato, & virtutē nouæ propositum &  
inchoationem, sed veteris etiam odium continere, iuxta  
illud: « Projicite à vobis omnes iniquitates vestras, in qui-  
bus prævaricati estis; & facite vobis cor nouum & spiritu  
nouum. Et certe, qui illos Sanctorum clamores confide-  
rauerit, a Tibi soli peccavi, & malum coram te feci: e. La-  
borauis in gemitu meo; laubo per singulas noctes lectum  
meum: f Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritu  
dine animæ; & alios huius generis: facile intelliget, eos ex  
vehementi quodam antenctæ vitez odio & ingenti pœcca-  
torum detestatione manasse. Docet præterea, et si Con-  
tritionem hanc aliquando charitate perfectam esse con-  
tingat, hominemq; Deo reconciliare, priusquam hoc Sa-  
cramentum actu suscipiat; ipsam nihilominus recon-  
ciliationem ipsi Contritioni, sine Sacramenti voto, quod

a supra Sessi  
b de iustific. c.  
c. & 14.

b infra Can. 5.

c Ezech. 16.

d Psal. 10.

e. & 10.

f pan. diff. 1.

g. totam, de-

pan. diff. 1.

h. T sal. 6.

i Esa. 38.

K

in illa

148 Concil. Trid. cum Declarat. & Remis.

In illa includitur, non esse adscribendam. γ Illam verò Contritionem imperfectam, quæ Attritio dicitur, quoniam vel ex turpitudinis peccati consideratione, vel ex gehennæ & pœnatum metu communiter concipitur, si voluntatem peccandi excludat, cum spe venia; declarat, non solum non facere hominem hypocritam & magis peccatorem, verum etiam donū Dei esse & Spiritus Sancti impulsum, non adhuc quidem inhabitantis, sed tantum mouentis, quo pœnitens adiutus viam sibi ad iustitiam parat. E: quamuis sine Sacramento Pœnitentiæ per se ad iustificationem perducere peccatorem nequeat; tamen ad Dei gratiam in Sacramento Pœnitentiæ impetrandam disponit. Hoc enim timore utilem & concusci Nihilitez, ad loca prædicationem, plenam terroribus, pœnitentiam erunt, & misericordiam à Domino impetrarunt. Quamobrem quidem calumniantur Catholicos scriptores, qui tradiderint Sacramentum Pœnitentiæ absq; bono mori suscipientium gratiam conferre: quod numquam Ecclesia Dei docuit, nec sensit. sed & falsò docent; Contritione esse exortam & coactam, non liberam & voluntariam.

#### REMISSIONES.

¶ Vide Pat. Henr. in sum. lib. 4. cap. 17. cum seqq. Balduin. Junius super opera controver. Bellarm. p. 2. lib. 2. c. 3. Pat. Egid. de Sacram. tom. 1. q. 68. n. 30. & tom. 2. disp. 1. dub. 2. n. 13. Petr. Ledes. in fam. p. 1. tract. de Pœnitentia, cap. 4. & 7. P. Luc. Pinell. de Sacram. Pœnit. tract. de Contrit.

¶ Ac detestatio. ] Vide P. Paul. Comitol. responsorum moral. lib. q. 32. num. 2. vers. Qui vero.  
γ Illam verò Contritionem imperfectam, &c. ] Vide Pat. Henr. in sum. lib. 4. cap. 17. §. 4. & c. 26. §. 5.

#### C A P V T V.

##### De Confessione.

¶ Lut. 5. 27. Iac. 1. 17. Ioan. 1. 9. infra Can. 6. ¶ Ex h. institutione Sacramenti Pœnitentiæ iam expedita, vniuersa Ecclesia semper intellexit institutum etiam esse à Domino integrum peccatorum Confessionem &c.